Fragmentarium



CREDIDISTI UERBIS MEIS QUAE IMPLEBUNTUR IN TEMPORE SUO

Uult intellegi quaſi homo talia promittenti inpune ſignum flagitare licerit. At cum angelus promittit iam dubitare non decet. Datque ſignum quod rogatur ut qui diſcredendo locutus eſt iam tacendo credere diſcat. Ubi notandum quod angelus ſe et ante deum aſtare et ad euangelizandum zachariae miſſum eſſe teſtatur. Quia et ad nos ueniunt angeli ſic exterius implent miniſterium ut tamen numquam deſinant interius per contemplationem et mittuntur igitur et adſiſtunt. Quia et ſi circumſcriptus eſt angelicus ſpiritus ſummus tamen ſpiritus ipſe qui deus eſt circumſcriptus non eſt angeli. Itaque et miſſi ante ipſum ſunt quia quolibet et miſſi ueniunt intra ipſum currunt.

ET ERAT PLEBS EXPECTANS ZACHARIAM ET MIRABATUR QUOD TARDARET IPSE IN TEMPLO. EGRESSUS AUTEM NON POTERAT LOQUI AD ILLOS. ET COGNOUERUNT QUOD UISIONEM UIDISSET IN TEMPLO. ET IPSE ERAT INNUENS ILLIS ET PERMANSIT MUTUS. ET FACTUM EST UT IMPLERENTUR DIES OFFICII EIUS ABIIT IN DOMUM SUAM

Hoc eſt quod dixi quia uicis ſuae tempore pontifices templi tantum officiis mancipati non ſolum a conplexu uxorum ſed ab ipſo quoque domorum ſuarum abſtinerent ingreſſu. Ubi noſtri temporis ſacerdotibus quibus ſemper altari ſeruire iubetur perpetuae ſeruandae caſtitatis exemplum datur. Quia enim tunc ſacerdotali ex ſtirpe aaron et ſucceſſio ſed perfectio ſpiritalis inquiritur conſequenter ſacerdotibus ut ſemper altari queant adſiſtere ſemper ab uxoribus continendum ſemper caſtitas obſeruanda praecipitur.

POST AUTEM DIES CONCEPIT ELISABET UXOR EIUS

Poſt dies uidelicet officii zachariae conpletos huius ſacratiſſimae conceptionis iohannes conſtantinopolitanae urbis antiſtes mentionem faciens. Geſta ſunt haec inquid menſe ſeptembri octauo kalendas octobris incipiente luna undecima quando oportebat

et quaerebatur neceſſarius tempus ſubſtituendo obſeruabatur. At quia nunc non carnalis ſucceſſio

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFBaluze270_271_f128r – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6537)